Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



359

186

VIII

protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam:
in pharetra sua abscondit me. et dixit michi. Servus
meus es tu quia in te gloriabor. Et nunc hec dicit dominus:
formans me ex utero servum sibi. Dedi te in lucem
gentium: ut sis salus mea usque ad extremum
terre. Reges videbunt et consurgent principes: et
adorabunt dominum dominum tuum. et sanctum israel qui elegit te.
Nullo tempore. Elizabeth impletum est S. Lucam
tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt
vicini et cognati eius. quia magnificavit dominus misericordiam
suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est
in die octavo: venerunt circumcidere puerum et vo
cabant eum nomine patris sui zachariam. Et
respondens mater eius dixit. Nequaquam. sed vocabitur
iohannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in
cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innue
bant autem patri eius: quem vellet vocari eum.
Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Iohannes
est nomen eius. Et mirati sunt universi. Apertum
est autem ilico os eius et lingua eius: et loquebatur
benedicens dominum. Et factus est timor super omnes vici
nos eorum: et super omnia montana iudee divulga
bantur omnia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit.

istr.

Hic incipe legere in octava S. Jo: bap.te